ADATOK.

KŐVÁR VÁRÁNAK JÖVEDELMI FORRÁSAI 1566-BÓL.

Részletes kimutatás az Erdély történetében szerepet játszott várnak jövedelméről, mely azért is fontos, mert a XVI. századból aránylag nem sok maradt reánk. A regestum iratása idejét a rajta olvasható későbbi jelzésen kívül az írás jellege is mutatja, mely a XVI. század közepének jellemző sajátságait tünteti fel. A közlés módjára vonatkozólag még csak annyit jegyzünk meg, hogy a benne előforduló helyneveket az eredetiekhez híven adjuk s nem mai átírásban; még ilyen formájukban is felismerhetők a mai helységek. Eredetije a tulajdonom. —

„Regestum legitimus census, seu proventus arcis Küwar.

Officiolatus *waywoda Maryan*: subscriptae possessiones: Kis Bwn, Nagy Bwn, Szakathwra, Wylma, Sássa. Quarum possessionum annuus census secundum summam facit --- --- --- --- --- --- --- --- --- fl. 42.

Praeter has est una possessio, noviter colonis consessa Szalnapathaka vocata, quae adhuc nullum censum dedit.

Maryan waywoda quoque habet unam possessionem novam Szalna vocatam, quam dederat ei Dna Anna Bathory, relicta consors Casparis Dragffy, vivo adhuc filio suo Georgio Dragffy.

Damianus Hozzw sub suo waywodatu habet possessiones: Kysnyres, Körthwelkü, horum pagorum census facit --- --- --- --- --- --- fl. 14.

Thomas Hozzw sub suo officio habet possessionem: Raztoth, huius census facit --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- --- fl. 5.

Noviter consessa possessio, quae Bwdöspathak vocatur, adhuc a census solutione libera.

Simon Wayda habet sub suo officio possessiones: Lyshka, Lemen, Poynitza, Solymosfalwa, Kutholyadh; harum census ft. fl. 21 den. 90. Est praeterea pagus quidam, qui cum multis est communis, cui est nomen Kozla.

Tryff Waywoda habet sub suo officio: Oray, Pwrkereth, Gawra, Keorthwelyes, Aranymező, Thokman, harum census facit --- --- fl. 57.

Habet praeterea ipse idem noviter consessam possessionem Thywlya vocatam, quam tempore Georgii Dragffy dna Anna Bathory, relicta Gasparis Dragffy eidem dederat.

Waywoda Dan habet sub suo officio possessiones: Somkwth,

Somkwtpathaka, Fölső Fenthös, Alsó Fenthös, Nyres, Thölgyes, Gyökeres, Kisjeder, Nagyjeder, Bwthacza, Varalya. Item Törökfalva, quam Georgius Bathory (így! Drágffy h.) sibi dederat. Harum census summarius in solo facit ... fl. 89 den. 50.

Est etiam pagus quidam sibi per eundem Georgium datum, quem ipse wayda colonis fecit consideri, cuius nomen est Wawrylla.

Thomas Lukathfalwy waywoda habet sub suo officio possessiones: Maghafalw, Hozzwfalw, Feyerzek, Lwkathfalwa, Prybemfalwa.

Harum census facit ... fl. 51.

Possessionem Danfalwa Georgius Bathory sibi dedit.

Lucas Remethey waywoda habet sub suo officio possessiones: Remethe, Kovas, Körthwelyes, Karwlya, Zakalofalw. Harum census facit ... fl. 35 den. 29.

Est praeter has possessiones una possessio, noviter colonis populosa facta, Berkezpathak vocata, quam frater suus Petrus waywoda consideri fecit.

Joannes Bene waywoda habet possessiones: Bozontha, Koltzir, Hydegkwth. Harum census facit ... fl. 14 den. 50.

Georgius Kápalnaky wayda habet possessiones: Monostorkapalnak, Kükapalnak, Latzkonya, Kowathkapalnak, Dragamerfalwa, Gyerthyanos, Berentze, Corbonatzfalwa. Harum census ft. ... fl. 38

Ab his non procul est quaedam possessio nobilium, quae vocatur Zwrdokkapalnak, quam antiqui dni Dragffy dederant eis pro bonis possessionaris in Comitatu Maramarosiensi existentibus.

Tywadar Botha waywoda habet sub suo officio: Charnakapalnak, Bathyzfalwa. Harum census facit ... fl. 8 den. 50.

Lápos ... fl. 10.

Berköz ... fl. 10.

Possessiones in comitatu Maromoros existentes: Karathonfalwa, Nagypathak, Hernetz, Swgatag. In his possessionibus singuli jobbagiones singulis pellibus mardurinis tenentur.

Item: Batzko, Lonka, Pahor, Fraz. Harum quoque possessionum singuli jobbagiones singulis-duabus mardurinis pellibus tenentur. Insuper de silvis glandiferis, porci decionalibus tenentur.

Arcis Kwwar census Scti Georgii *olim* faciebat in toto... fl. 407.

Census Scti Michaelis archangeli totidem.

Nunc vero, ut waywodae referunt, saltem facit fl. 396 den. 69.

Vina ad educillandum singulis annis ter extra dabantur, nonnunquam norem vasa vini, aliquando vero decem, una vite.

Item de porcis in glandinibus saginatis decima dabatur. De porcis vero campestribus, qui *pasyth* (pázsit) *dyzno* voce nominabantur, talis consvetudo observabatur, quod etiamsi centum porcos aliquis ex colonis habuisset, saltem unus porcus accipiebatur, si decem, totidem. Infra decem, si qui erant, singuli porci duobus nummis Hungaris redimebantur.

In apibus quoque eadem ratio observabatur. Pecuniae tamen ex huiusmodi redempsionibus congestae officialium proventus erant.

Item: singuli libertini tenebantur pecunia seu censu quodam, qui vulgo vocatur *Karvoly pénz* et *eoz pénz*, quiliber itaque numerabat den. 57., quam pecuniam officialis pro suo annuo sallario percipiebat.

Item: singuli sacerdotes tenebantur singulis lodicibus (= pokrócz), vel ... fl. 1 den. 25.

Item: tenebantur *stronga*, id est de singulo grege ovium una ovis accipiebatur; infra numerum decem nulla dabatur, neque redimebantur.

Item: de singulis pagis maioribus trium annorum vacca. De maioribus vero bona et magna ad mactandum apta dabatur. Illegitime tamen et praeter consvetudinem Georgius Bathory bovem solebat accipere.

Item: omnis paterfamilias, qui habebat vaccas, dabat butyrum uno quadrante mensurae vinariae et unum caseum.

Item sunt ad ipsam arcem molendina: In possessione Remethe duobus lapidibus molaribus. In Hozzwfalw duobus lapidibus. In Lápos siniliter totidem lapidibus. Quorum nullus usus est, quando siccum tempus instat.

Item: sunt vineae ad arcem pertinentes: In promontorio Rimielis (?) vinea una. In civitate vero una domus, quae Göbölháza vocatur. Est praetereo ibidem unum pratum, seu fenetum, quod Göbölréthe nominatur.

Item: in promontorio possessionis Berköz sunt septem vineae, una domus et unum pratum.

Item suo tempore cum agricultura exercetur... proventus (?) tam hiemalia, quam vernalia.

Item proventus officialis est thelonium possessionis Berköz et Berenthen, sed thelonium possessionis Berenthen est saltem propter custodiam viarum, ne quis thelonium in Berköz erectum praeteriret ordinatum.

Item: officiales cum aliquem furem, vel praedonem poterant capere, habebant facultatem occidendi, vel si mortem non commeruisset, pecunia eos mulitare et ita dimittere.

Közli: Dr. Lukinich Imre.